



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oculvs, Hoc Est: Fvndamentvm Opticvm

Scheiner, Christoph

Freiburg i. B., 1621

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71258](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71258)

P R Æ F A T I O.



Præce vera & ^a propriè dicta scientia, multa seiuncta, multa cum Physicâ communia habet. Communia sunt obiectum & præcognita. Vtrique enim tam Physici quam Optici circa visibilia, & organum visus versantur; modo tamè diuerso. Geometria enim, teste Philosopho, l. 2. Phys. t. 20. de Physica lineâ considerat, sed non quatenus est Physici; Perspectiua autem mathematicam quidem lineam, sed non quatenus Physica est. Veritatem ergo eiusdem rei ambo, sed viis diuersis inuestigant: quod ut rectiùs præstent, in eorû, quæ sensibus incurrunt, indaginem, plurimam impendunt utriq; operam; quorum alia quæ ita contingunt ut naturâ fiant omnibusq; obuia sint, solamq; seduli speculatoris animaduersionem requirant, Phænomena, siue apparitiones; alia quæ absq; peculiari Empyrici industriâ aut non fiunt aut non patefcunt; Experienciæ vocantur: hinc de utrisq; plena extant auctorum volumina: quæ tantum sibi vendicant authoritatis, quantum veritatis usu ipso, experienciâq; depromunt. Et ex hoc fonte etiam promanat, ut non Physici tantû atq; Medici, verùm Optici quoq; structuram oculi diligenter inuestigent: ut quique deinde suis scientijs conuenientes doctrinas eruant. Physici quidem, vestigijs naturæ insistendo, Medici pro sanitate tuendâ prouidi, at Mathematici omnia suis proportionum rationibus commensurant, omnia certis mensuræ legibus

^a. Arist. 1.
post. text.
30. & pas-
sim.
Pererius.
Vilalpâd.
in Ezech.
Iosephus
Blancan^o
De natu-
ra Math.
&c.

dispensant

dispensant. Vide Vilalpand. lib. 1. Ifag. c. 4. p. 2. Ioseph. Blanc.
loc. cit.

Quæ proinde cum fieri nequeant absq; anguli
a. Vide A- visorij cognitione, (quã non tantum^a errorib⁹ in omni
quiloniũ. Maroloy. philosophia euitandis, verum etiam rebus Geometricè
Vitel. metiendis, Graphidiq; atque Architectonicæ rectè
Font. pertractandæ summè necessariam esse nemo rerum æ-
quus æstimator diffitebitur) hic a. solidè cognosci non
possit absq; oculi dissectione; necessarium est, ut vesti-
gijs^b optimorum Opticorum insistentes etiã aliquid
de oculi partibus ex Anatomicâ in medium afferamus.

b. Vitel.
Aquilon.
Kepler.
Roger.
Bacco.
&c.

c. Aucto-
ris inten-
tum.

Scopus a. huius^c tractationis non est vniuersam
Opticen hac vice persequi, quod infinitum esset, sed
tantum inquirere anguli visorij modum, & quod inde
sequitur, vbi & quomodo visio contingat; quæ res v-
na hæctenus huius scientiæ tractatores maximè torfit,
multasq; obscuritates & difficultates passim inuexit;
nam hac parte ignoratâ, frustra suos angulo visorio,
utpote tenebris merso, limites adsignamus, frustra co-
ni optici verticem immobilem hic illicuè statuimus, in
rebus deniq; mensurandis continenter fluctuamus.

d. Operis
diuisio,

Totam autẽ materiam^d in tres libros diuidemus,
In quorum primo Præcognita afferemus, ex Anatome
Oculi varijsq; experiētijs conflata.

Secũdo ex natura Refractionis in genere primũ,
deine ex ea quæ in oculo contingit specialiter, Radium
formaliter visorium perscrutabimur.

Tertio demum miraculosa specierum visibilium
arcana, pro instituti nostri ratione, in conspectum ad-
ducemus, & angulum visorium declarabimus, proble-
matisq; multis satisfaciemus.